



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/321492>

20

T H E S E S.
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THIOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS GUILIELMUS FOEST,

Amstelodamensis.

A. D. XX M. JUNII, A. MDCCCXLIX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD VAN HEIJNINGEN & POST UITERWEER.

MDCCCXLIX.

THESES

UNIVERSITY OF TORONTO

BY

HERALD JON ROYAL

1911

1911

THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

1911

III

1911

1911

T H E S E S.

I.

L. 3. § 2. D. *Commodati* cum lege 3. D. *de conditione triticaria* conciliari potest.

II.

Contra praescriptionem restitutionis, ex alia causa in integrum restitutio peti potest.

III.

Filiusfamilias minor, qui jussu patris pecuniam mutuam accepit, in integrum restitui potest.

IV.

Usurae pecuniae numeratae in stricti juris judiciis nonnumquam debentur inde a lite contestata.

V.

Non assentior Clar. Savigny (*System. II. p. 481.*) definienti : »Minima capitis deminutio heisst eine Veränderung des privatrechtlichen Status (der Familienverhältnisse), welche mit einer Verminderung der Rechtsfähigkeit verbunden ist.»

VI.

Art. 647, C. C. prodest creditori hypothecario, non vero illi, cujus praedio servitus debebatur, in fundo nunc a flumine occupato.

VII.

Proprietarius ab usufructuario ad graves faciendas refectiones cogi potest.

VIII.

Consignatio minus recte modis, quibus obligatio tollitur, adnumerari videtur.

IX.

Invecta et illata conductoris ex art. 1188 C. C.

locatori obligata manent, licet bonae fidei emtori tradita sint, qui pretium ex art. 637 C. C. exigere nequit.

X.

Locator domus, qui mutando formam vicinae domus minuerit usum locatae, conductori non tenetur.

XI.

Art. 478 et 1053. C. C. ita inter se conciliari possunt, ut art. 1053 tantum referatur ad emancipationem minus plenam.

XII.

Cautio *judicatum solvi*, quam si actor est peregrinus ex art. 152. Cod. de Meth. Proced., postulante adversario, praestare debet, praestanda quoque est, quando adversarius, qui eam postulat itidem est peregrinus.

XIII.

Non probandum quod dicit Pardessus (Droit

Commercial. Tom. IV. n^o. 1280). Committentem (ex art. 240. C. M.) vindicare posse » dans le » cas où des sacs d'argent auraient été donnés par » l'acheteur, cachetés ou revêtus de tout autre signe » d'individualité avec la destination spéciale d'être » remis au commettant."

XIV.

Committenti dominium mercium a commissionario emtarum acquiritur non per animi destinationem, sed per traditionem, quae eo jam facta est, quod merces rhedae vel navi sunt impositae.

XV.

In casu, quo acceptatio literarum cambialium ex earum natura necessaria non est, si illa rogata et non impetrata est, art. 108 et 109. C. M. non obstant indossato, licet neglexerit facere protestationem negatae acceptationis.

XVI.

Adsecurator per testes probare potest sibi praemium solutum non esse.

XVII.

Mercator de quo constat, eum obligationibus e negotiatione sua profectis satisfecisse, caeterum aes alienum non exsolvisse, decoctor haberi nequit.

XVIII.

Laudandus est Legislator noster, qui ad imperandas literas respirationis, non tantum publicas sed etiam privatas calamitates admiserit.

XIX.

Bigamia non est delictum continuum.

XX.

Qui in cauponam gratis receptus, illic furtum committit, puniri nequit ex art. 386 n^o. 4. C. P.

XXI.

Reo in praevia inquisitione advocatus negandus non est.

XXII.

Minus probandus, Legislator Francicus, qui filio, qui patrem in adulterio deprehensum occiderit, non concesserit excusationem.

XXIII.

Jus exterritorialitatis, quod dicitur, sublatum non est per art. 8 et 9. legis, quae continet praecepta generalia legislationis patriae.

XXIV.

Optima videtur definitio libertatis, quam tradit Montesquieu. *De l'esprit des Loix*, Liv. XI. ch. 3.
» La liberté est le droit de faire tout ce que les
» lois permettent et si un citoyen pourrait faire ce
» qu'elles défendent, il n'aurait plus de liberté,
» parceque les autres auraient tout de même ce
» pouvoir.”